

Gabr. Godof. Bredow. Geographia & Chronologia
Herodoteo Specimina. — 1804. —

p. XIX. not. p. : " Ita enim locum Od. XV. hoc
interpretor. Pumeu vultu in Austrum verso, narrat:

Νῆβος τις Συγίη &

i. e. Insula quaedam parvula Syria vocatur, si forte audiarit,
illuc (manu dextra levata ostendens), supra Ortygiam, ubi
ad marginem laquearii celestis in termino extremo australi
Sol occidit, quando cursum in boream versurus est. — Ortygiam
vero insulam ad Syracusas esse, Vossius noster clarissimus
argumentis demonstravit (in Museo Germanico A. 1780. April.
p. 302 = 312); & Siciliam propè ad fontes Oceani i. e. ad
columnas Herculis, ad finem extremum terrarum positam
esse, imprimis ex Odys. 7 & 11 apparet. Studiosius
contenderem, me & in verbis ὄβι τροπῶν ἡελίου verum
vidisse, nisi Vossius, interpres Homeri peritissimus & elegantissimus,
auctorque artis, de qua agimus, aliam conjecturam proposuisset;
in Ortygia fuisse gnomonem ceuset inter Graecos celebratum,
forsan in Phoenicibus positum, quo non hora quidem, solstitia
autem & equinoctia observata essent. — Homerus verò, ut
ingenium fateor quo sentio, & gnomonem, opus summe
artis, pluribus verbis ornasset, praesertim quum Pumeum,
subuleum inereditum, dicentem facit, & situm insulae parvulae
significaturus, his paucis verbis: "supra Ortygiam, ubi solstitium"